



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-801242-p0001-0

DFG

1768, 13.
No: 78.

S P E C I M E N

C O N T I N E N S

C A P V T I V R I S C O N T R O V E R S V M

A N

I M M V N I S A C A V T I O N E
M A N E A T
Q V I D E S I T E S S E I M M O B I L I V M P O S S E S S O R

A D

M A C R V M I N L . X V . § . V I I . D . Q V I S A T I S -
D A R E C O G A N T V R

Q V O D

I L L V S T R I S I C T O R V M O R D I N I S G R A T I A

P R A E S I D E

D . C H R I S T I A N O H E N R . B R E V N I N G

P R O F E S S O R . I V R . N A T . E T G E N T . P U B L I C . O R D I N .

E T S O C I E T A T . L I T E R . D V I S B V R G .

S O C I O

I N A V D I T O R I O P E T R I N O

D I E X V I I I . I V N I I I A N N O C I C I O C C L X V I I I .

P U B L I C E D E F E N D E T

I O A N N E S E R N E S T V S G R Ü N W A L D

Z I T T A V I E N S .

L I P S I A E

E X O F F I C I N A L A N G E N H E M I A .



STEGMUL
CONTINENS
CATALOGUS GONTOVENSIS
AN
IMMUNIS A. CAVITONE
MANEAT
OAI DENTI LERI IMMORTALM LOESSOR
MICRUM INFLUXI AN D' OAI SISTER
DARE COGINTA
C. V. O.
HISTORIS TOTORUM ORIGINIS GRATA
PRAESIDE
D. CHRISTIANO HENR. BRUNNING
PROLATORIUS IAC. NAT ET CHINT. PARTE. VOL. I
ET. 2001. TITEL. DIVISIO
2001
IN ADIDORIO RETRINO
DIE XXII JUNII ANNO CCCCXXVII
TARICAE DESENDE
JOANNES ERNSTAS GRANVALL
SITTIAENS
LIPSIÆ
EX OFFICINA AVNGERNEMII



A N

IMMVNIS A CAVTIONE MANEA T

QVI DESIIT IMMOBILIVM POSSESSOR

A D

M A C R V M I N L . X V . S . VII . D . Q V I S A T I S ,
D A R E C O G A N T V R .



§. I.

Sicuti Decemviri sua iam aetate *in ius vocato* lege necessitatem comparendi imposuerant eundue ad tribunal Praetoris, ita et hi ipsi alia lege impedito medium dederant, quo se liberare poterat ab illa eundi in ius necessitate, scilicet *Satisfactionem de iudicio*

moneta

A 2

sifti

sisti, quae, ut clara fragmenti Legis Decemuiralis verba ostendunt, datis in eam causam fideiussoribus, fiebat. Docent praeterea fragmenta I Ctorum in Pandecte, interdum loco fideiussorum quosdam non coactos fuisse satisdare, sed defungi, si iurato promittant, se certo die stituros. Qui vero ii fuerint, qui iurato promittunt, ex Titulo Pandect: *qui satisdare cogantur*, vix liquet. Coniicit Gerb. NOODT ad ff. b. t. et alii, viros illustres ab hac satisdatione immunes fuisse probatione sumta ex L. 17. C. de dignit. et L. 12. C. de prox. sacror. scrin. Neque satisdabant immobilium possessores, pro ut MACER adfirmat in L. 15. π. qui satisdar. cogant. sed, ut recte monet NOODT, iurato promittere debebant. L. 8. C. de Princip. agent in reb. quod olim videtur placuisse CVIACIO Obseru. L. XII. c. 22. Errant ergo, qui in iure Romano immobilium possessores immunes fuisse defendant ab omni cautione de iudicio sisti. Nec probari potest haec opinio ex MACRO all. h. quippe concessa imminutate a satisdatione, non sequitur liberatio ab omni cautione; iuratoria enim cautio, sub satisdatione non intelligitur, cum satisdare sit, cauere datis fideiussoribus.

§. II.

Haec ita de iure Romano. Sed si de huius iuris applicatione ferenda sententia, forsan nemo est, qui non statim videat, secundum veram legum interpretationem huius iuris nullam dari posse atque concedi applicationem.

tionem. Sicuti enim haec iuriū capita se ad in ius vocationem referant, quae priuata autoritate olim fiebat, quamque nostrum penitus ignorat forum; ita nec apud nos eorum capitum recta applicatio esse potest, qui de cautione de iudicio sisti agunt, quam aequē ignoramus ac ipsam in ius vocationem. Nec apud nos *rei* a iudice vel potius eius autoritate ad tribunal suum vocati fatisfare compelluntur, multo minus cauent iurata promissione de iudicio sisti et viri illustres et immobilium possessores, quibus ea a satisdando data fuerat immunitas, substituta fide iurata. Haec de applicatione.

§. III.

At iam ad fori opiniones veniamus. Tanta fuit Pragmaticorum superiorum seculorum vel verae interpretationis et rectae applicationis ignorantia vel corruptio, vt ea omnia iuris capita, quae de cautione de iudicio sisti agebant, spretis iuriū romanorum rationibus cum nostris moribus non conuenientibus ad aliud plane caput referrent et applicarent. Cautionem enim, quam ex nostris moribus actor praefstat pro expensis in securitatem rei, si temerarie litigauerit, explicavit ex satisdatione et iurata promissione reorum de iudicio *sistī*. Non reprehendo ipsam pro expensis actori impositam cautionem, quippe cum contingere possit, vt homo litigiosus alteri litem faciat, et postea apparet eundem vel calumnioso vel temerarie litigasse, recentiora iura temeritati litigandi hanc imposuire poenam, vt aduersario ex-

37013

A 3

pen-

pensas, quas in litem facere coactus fuerat, restitueret, et quo eiusmodi litigiosus ab incipienda lite temeraria deterreretur, harum expensarum causa actori cauendi necessitatem constituere. Hic nihil, quod monendum sit. Neque reprehendendum, quod vel pignoribus vel fideiussoribus cautio illa praestanda, imo forsitan ex **V**
S**T****I****N****I****A****N****I** **N****O****V****E****L**. **C****X****I****I**. **c****a****p**. **II**. iuratoriam cautionem iis imponi, qui nec fideiussoribus nec pignoribus cauere possunt, modo hoc simul sacramento adfirmant. At quae alia sunt, quae ex iis capitibus, quae de reorum cautione de iudicio sisti statuunt, petita probataque sunt, haec merentur taxationem.

§. IV.

Hinc recepta illa sententia, nouis adeo legibus comprobata, qua immobilium possessores actores a cautione pro expensis ex **M****A****R****C****I****A****N****I** **c****i****t**. **I**. **15**, autoritate immunes pronunciantur, meo quidem iudicio ob fassimam capitatis applicationem meretur taxationem. Si cuti enim non immunes ab cautione omni pronunciantur de iudicio sisti ipsimet rei, qui a comparendi coram tribunali necessitate iam liberari cupiunt, quique immobilium sunt possessores, sed debebant iurato promittere; ita iam erronea in ipsa immunitate concessa latet applicatio. Dein alia cum esset causa cautionis de iudicio sisti, cum videlicet in ius vocatio priuata tantum fieret autoritate dimisusque semel reus facile post euitare potuisset, quo minus iterum vocari potuisset, satisfactione

tione vel alia securitate opus erat actori, quod comparatur sit reus, ne, si dimitteret, suo iure fraudaretur. At quid haec omnia ad cautionem pro expensis ab actorre praestandam. Ais: Actor immobilium possessor his ipsis immobilibus quasi reo cauet, seu securum reddic expensarum nomine. Sed non dum vidi pignoris ius reo in immobilibus expensarum nomine concedi, quanuis non negem, ni soluat restituendas expensas, immobile obiectum facilius executionis fore. Et unde haec omnia ex Lege Pandectarum? Hoc iure non immunis actor immobilium possessor sed reus, qui iureiurando tantum cauebat.

§. V. *De immunitate et de actione in rebus immobiliis.*

Sed non omnino taxabo illam immunitatem a cautione, cum expressae leges recentiores illam concedant immobilium possessoribus, quique his aequiparantur, quosue ORDINAT. PROC. SAXON. RECOGN. Tit. XIII. determinauit accurate: welche Krahm-Läden oder Apothecken besitzen, ingleichen die Vslufructuarii und die Officiales, so in würflicher Besoldung stehen, nicht minder ganze Corpora und Vniuersitates, wenn sie gleich keine Gemeinde Güter haben. Absque dubio arbitrabatur Legislator, facilius reum absolutum ab actore in expensis condemnato consequi eas posse, quam ab eo, qui possessionatus non est. At non est dubium circa hanc legis sententiam portenta a Doctoribus aliis. Sic qui de dominio immobilis rei disputant, quale requiratur, postquam ex Romana lege appli-

applicata quaestionem deciderant autoritate MACRI in
L. 15. §. 1. π. qui satisdar. cogant. eam addunt quaes-
tionem, an et is, qui fundum obaeratum possidet,
immunis a cautione pronunciari possit? Affirmant.
häud pauci autoritate CARPZOVII Part. I.
Conſt. V. def. 14. et hunc fundi obaerati posſesso-
rem nihilominus a cautione immunem fore. Sed
ſicut haud intelligo, cur *L V D O V I C I* in *Doctr.*
Pandecl. b. r. addat: *quod ſaltem ſolum procedit*
in cautione de iudicio ſifti, qui tamen ſcire debe-
bat, hanc cautionem de iudicio ſifti hodie incogni-
tam eſſe; ita ipſa decisio paradoxa mihi videtur.
Finis enim cautionis eſt ſecuritas alteri praefanda,
cui ergo remittitur cauio, hunc idoneum habet lex,
vt in eo ſatis ſecurus eſſe poſſit aduersarius. Iam ſi
bona obaerata, unde reus ſit ſecurus, ſi ipſi expen-
ſae reſtituendae, cum forſitan a ſolo creditorum ar-
bitrio pendet, quoque debitori, qui idem actor iam
a cautione immunis fuerat, bonorum obaeratorum
poſſeſſionem concedere velint. Fac ergo, ante li-
tem actoris, cuius bona obaerata, ſinitam creditores
obtineant, vt illa obaerata vendantur bona, quo
ſuum conſequi poſſint creditores, poſt abſoluī reum
actorique imponi reſtitutionem expenſarum, quo
ergo modo ſecurus erit reus, vt expenſas conſe-
quatur ab auctore, cui bona a creditoribus, quibus obae-
rata nequaque erant, ademta? Videtur ergo reus omni-
no expenſarum litis iacturam pati, quod falſa legis ex-
tentio finique iuriſ contraria placuerit Doctoribus.

qui ſummoꝝ rei inceptoꝝ impetrare ſupra
aliqua

§. VI.

§. VI.

9

Neque aliter res comparata est, si ad ipsum
ibelli thema veniamus. Fac Titum immobilis rei
possessorem me conuenire, immunis a cautione pro-
nuntiator, quod immobile possidet. Lite inchoata
atque pendente vendit immobile, vel alio modo
alierat, et sic definit esse immobilis possessio quaes-
tio est: an reus adhuc exigere valeat cautionem
pro expensis, quod desiderit esse securus bonis acto-
ris, quae possidere desit. Negant, idque autorita-
te MACRI in L. 15. §. 7. π. qui satisdar-
cogant. qui scripserat: *Possessor autem quis, nec ne-
fuerit: tempus cautionis spectandum est.* Nam si-
cuit ei, qui post cautionem possessionem vendidit, ni-
hil obest: ita nec prodest ei, qui post cautionem
possidere coepit. Sed si ea, quae supra diximus huc
referimus, patet Macrum de plane diuersa aliqua
cautione, scilicet de iudicio tisti egisse, legem-
que applicari ad cautionem pro expensis. Dein
supra probauimus, cautionem iuratoriam praestitisse
possessores immobilium. Neque mirum, Macrum ad-
firmare, spectandum esse tempus cautionis, quippe
nisi eo tempore immobilis cuiusdam possessio fuis-
set, haud potuisset admitti ad cautionem iurato-
riam. Neque operat, quod post cautionem il-
lam iuratoriam possessionem vendiderat; quippe iu-
ratoria cautione adhuc securus satis habebatur actor.
Poterat et recte affirmare ICTUS, nec prodest ei,
qui post cautionem scilicet fideiusforiam immobile ac-
quisuerat; Cautione enim alia iam praefixa, quid

B

opus

§. VII.

opus fuisset iuratoria, maxime cum romanum ius non immunes declarat immobilium possessores ab omni cautione, sed tantum liberat a satisdandi necessitate, quod tamen nostro fit iure.

Quae cum ita sint, facile patet, male ad hanc quaestione decidendam ut Ictos auctoritate *Macri*, qui de hoc nostro themate ne cogitare quidem poterat. Quod si enim actor apud nos alienat fundum, cessat causa, cur primum immunis habebatur a cautione praestanda. Neque ad premium prouocabis emtionis forsitan solutum. Facti enim est, an bene an male collocaturus sit actor has pecunias, emtionis videlicet consecutum premium. Dein nullibi obseruauit, eum qui pecunias ex immobili alienato possidet, haberi pro immobilis possessore, cum in singularibus premium in rei locum haud succedat. Quam ergo securitatem habeat reus, si litem perdat actor. Negari nequit, cautionem ipsam reo concessam esse in foris nostris securitatis causa, ut actor in expensas condemnato, ex ea cautione reo satisfiat. Facile modum per immobile consequendi expensarum restitutionem, causam habebat forum, ut cum damnum securitatis concessae non pateretur reus, fori ysus actori remitteret cautionem. At si quae cautio praestanda, exigebatur ante litis contestationem. Si ergo postquam interlocutio lata inque ea immu-

◆ ◆ ◆

II

immunis a cautione actor declaratus postea alienet immobile vel vendendo, vel dando in solutum, vel donando, vel in dotem dando, cum reo in eo immobili reale ius non competebat, vnde iam habeat donec lis finiatur securitatem, ut condemnato postea actore, ab eo suum consequi possit. Quapropter, quando quidem concedo ex supra allegata lege male applicata immunem a cautione pro expensis manere actorem in foro alienato immobili, tamen arbitror, a iuris rationibus non abhorrire, vt liceat reo adhuc cautionem exigere pro expensis ab actore. Si enim legis applicatio falsa et rei minus conueniens, fori usus iusta ratione destituitur, potiusque errore nititur, sequitur, resipiciendum tunc esse ad ipsum finem et circumpositas causas, atque ex his petendam esse decisionem. At in nostra causa cautionis introductae finis erat, vt facilius reus suum, quod in item expenderat, iterum consequi possit, qui finis sententia vulgaris euertitur reumque suo priuat iure; hinc ex hoc fine etiam decisionem quaestonis nostrae recte petendam quae magis contrariae fauet opinioni, quam quae in foro obtinet.

T A N T V M.



М. В. Т. и А. Т. о. г.

ULB Halle
005 880 491

3



ND18





Farbkarte #13



B.I.G.

Black

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

S P E C I M E N

C O N T I N E N S

1768, 13.
No. 78.

C A P V T I V R I S C O N T R O V E R S V M

A N

I M M V N I S A C A V T I O N E
M A N E A T

Q V I D E S I I T E S S E I M M O B I L I V M P O S S E S S O R

A D

M A C R U M I N L . X V . § . V I I . D . Q V I S A T I S -
D A R E C O G A N T V R

Q V O D

I L L V S T R I S I C T O R V M O R D I N I S G R A T I A

P R A E S I D E

D . C H R I S T I A N O H E N R . B R E V N I N G

P R O F E S S O R . I V R . N A T . E T G E N T . P V B L I C . O R D I N .

E T S O C I E T A T . L I T E R . D V I S B V R G .

S O C I O

I N A V D I T O R I O P E T R I N O

D I E X V I I I . I V N I I A N N O C I C I C C C L X V I I I .

P V B L I C E D E F E N D E T

I O A N N E S E R N E S T V S G R Ü N W A L D

Z I T T A V I E N S .

L I P S I A E

E X O F F I C I N A L A N G E N H E M I A .